Ob hoc siquidem valida esse videtur consuetudo, quòd naturæ insideat. Intẽperans igitur eiusmodi, cuiusmodi quispiam natura est: ob hoc, & hac de causa, in ipso improba ratio est. Neque talis est incõtinẽs, quia ne quidem ratio eiusmodi, non proba. Oportuit nanque ipsam esse improbam, si foret natura qualis est improbus. Incontinens igitur, consuetudine malus esse videbitur: vt natura, intemperans. Curatu nanque longè difficilior intemperans: quandoquidem consuetudo, consuetudine exploditur. at natura à nemine extrudi potest. Vtrùm autem, cùm sit incontinens eiusmodi, vt norit. & non cedat rationi, sitque prudens huiusmodi, vt recta ratione singula perpendat, acciderit vt incontinens sit prudens, an non? Ex his enim, quæ dicta sunt, ambigere quispiam potuerit. Verùm si quæ à nobis antea dicta sunt, suscipere voluerimus, non erit prudens incontinens. Dicebamus nanque prudentem esse, non cui recta ratio modò inesset, verùm etiam quæ ex ratione optima videretur, & proinde incontinens, non fuerit prudens. Cæterùm talis, astutus quidem est. Distinximus siquidem paulò antè astutum à prudente, vt qui inter se differrent: versantur enim illi quidem circa eadẽ, verùm interim vnus quidem circa hæc solers, alter verò non solers. Astutum igitur incontinentem esse contingit. Neque enim solers, circa quæ & astutus. Prudentem verò, incontinentem esse non contingit.

A καὶ γὰρ τὸ ἔθος διὰ τοῦτο δοκεῖ ἰσχυρὸν εἶναι, ὅτι εἰς φύσιν καθίστησιν. ὁ μὲν οὖν ἀκόλαστος αὐτὸς τοιοῦτός ἐστιν οἷος φαῦλός τις τῇ φύσει εἶναι. διὰ τοῦτο καὶ ἀπὸ τούτου ὁ λόγος φαῦλος ἐν αὐτῷ ἐστι. ἀλλ' ὁ ἀκρατὴς οὐχ οὕτως. καὶ γὰρ ὅτι αὐτὸς τοιοῦτός ἐστιν, ὁ λόγος οὐ παρυδρῶος φαῦλον γὰρ αὐτὸν ἔδει εἶναι, εἰ αὐτὸς τῇ φύσει τοιοῦτος ἦν οἷος ὁ φαῦλος. ὁ μὲν οὖν ἀκρατὴς ἔθος ἔοικε φαῦλος εἶναι, ὁ δὲ ἀκόλαστος φύσει δι' ἑστὼς τοῦτο γὰρ ὁ ἀκόλαστος. τὸ μὲν γὰρ ἔθος ἡῥᾴδιον ἐκκρούεται, ἡ δὲ φύσις οὐδενὶ ἐκκρούεται. πότερον δ' ἐπεὶ παρέστιν ὁ ἀκρατὴς τοιοῦτος, οἷος εἰδέναι καὶ μὴ διεψεῦσθαι τῷ λόγῳ· ἔστι δὲ καὶ ὁ φρόνιμος τοιοῦτος, ὁ τῷ λόγῳ τῷ ὀρθῷ ἕκαστα θεωρῶν πότερον οὐδὲ καὶ τὸν φρόνιμον ἀκρατὴ εἶναι, ἢ οὔ; ἀπορήσαιμεν γὰρ αὖ τὰ εἰρημένα· ἐὰν δὲ παρακολουθήσωμεν τοῖς ἐμπροσθεν εἰρημένοις, ἐκ ἔστιν ὁ φρόνιμος ἀκρατής. ἐφαμεν γὰρ τὸν φρόνιμον εἶναι, οὐχ ᾧ ὀρθὸς λόγος μόνον ὑπάρχει, ἀλλ' ᾧ καὶ τὸ πρᾶξαι τὰς κατ' λόγον φαινόμενα βέλτιστα. εἰ δὲ πρᾶξαι τὰ βέλτιστα ὁ φρόνιμος, οὐδ' αὖ ἀκρατὴς εἴη ὁ φρόνιμος· ἀλλ' ὁ τοιοῦτος δεινὸς μὲν ὅτι. διωρίσαμεθα γὰρ ἐν τοῖς ἐμπαίσω τόν τε δεινὸν καὶ τὸν φρόνιμον ὡς ἑτέρω ὄντων. καὶ ἐνίοτε καὶ ταὐτά· ἀλλ' ὁ μὲν πρακτικὸς ἀεὶ ἃ δεῖ, ὁ δ' οὐ πρακτικός. ἢ οὖν δεινὸν, ἀκρατὴς ἐνδέχεται εἶναι. οὐ γὰρ πρακτικὸς ἀεὶ ἃ καὶ δεινός· τὸν φρόνιμον δ' ἐκ ἐνδέχεται ἀκρατὴ εἶναι.

B C D

CAPVT VII.

POst hęc de voluptate disserendum est, cùm de felicitate sit nobis oratio. Felicitatem arbitrantur omnes, aut voluptatem esse, & vitam delectabilem, aut non citra voluptatem. At qui voluptatem vrgent, nec inter bona enumerãdam esse existimant, saltem hoc felicitati coniunctum esse volunt, vt sit doloris omnis expers, ipsam citra ægritudinem esse voluerunt. Sine ægritudine esse igitur, vicinum voluptati est. Quapropter de voluptatẽ quoque dicendum, nõ modò quia etiam alij ita arbitrantur, verùm etiã quòd nobis de voluptate dicere necessariũ esse censeamus. Nam cùm de felicitate nobis sit oratio, felicitatémque definierimus, planéque dixerimus in vita perfecta esse virtutis actionem, sitque virtus circa voluptatem, & ægritudinem: de voluptate dicere necesse est, quandoquidem citra voluptatem nõ est felicitas.

Κεφάλαιον ζ.

ΜΕτὰ δὲ ταῦτα λεκτέον αὖ εἴη περὶ ἡδονῆς· ἐπειδὴ καὶ τὴν εὐδαιμονίας ἐστὶν ὁ λόγος· τὴν δ' εὐδαιμονίαν οἴονται πάντες ἢ τὸν ἡδὺν βίον εἶναι, καὶ τὸ ἡδέως ζῆν, ἢ ἐκ ἄνευ γε ἡδονῆς. οἱ δὲ καὶ τῇ ἡδονῇ συγκεραίνοντες, καὶ ἐκ οἰόμενοι δεῖν τὴν ἡδονὴν ἀριθμεῖσθαι τοῖς ἀγαθοῖς, ἀλλὰ τάχα οὐ ῥᾴδιον πρὸς τοῦτο ἀντιλέγειν, ἐπεὶ οὖν τὸ ἐπίπονον τῆς ἡδονῆς ἐστι. διόπερ λεκτέον καὶ περὶ ἡδονῆς, οὐ μόνον ἃ δόξαι καὶ οἱ ἄλλοι οἴονται δεῖν· ἀλλὰ δὴ αἰαγκαῖον ἐστὶν ἡμῖν λέγειν περὶ ἡδονῆς. ἐπειδὴ γὰρ περὶ εὐδαιμονίας ἡμῖν ἐστιν ὁ λόγος, τὴν δ' εὐδαιμονίαν διωρίσαμεν, καὶ φαμὲν εἶναι ἀρετῆς ἐνέργειαν ἐν βίῳ τελείῳ· ἢ δ' ἀρετὴ ἐστὶ περὶ ἡδονὴν καὶ λύπην· ἐπειδὴ περὶ ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία ἄνευ ἡδονῆς· πρῶτον μὲν οὖν εἴποιμεν ἄ τινες λέγοντες, ἐκ οἴονται δεῖν τὴν ἡδονὴν ὡς ἐν ἀγαθὸν μέρος καμβάνειν.

E F